Quaest. 1 Quodnam sit subiectum peccatorum?

quia peccata trahes bonitatis, malitiaeque quae in obiecto reperiantur, ponde=
rare quaeque pende nequeunt appetitus vel intellectus, quia non
est in communi indifferentia ad utrumlibet, sed cum determinatione ad unum.

Dico 1mo. subiectum peccati quo ad formale potest esse appetitus sensi=
tivus et intellectus, sequeretur hominem posse peccare in voluntate in con=
sentiente, quod non satis cohaeret cum doctrina Conc. Trid. sess. 5.
decreti de pecc. orig.; ubi statuit concupiscentiam non esse ma=
teriam consentientibus: ergo etc.

Dico 2do. subiectum peccati quantum ad malitiam
formalem est sola voluntas. Probatur: sola voluntas libertas sit
intrinsece libera; item sola voluntas est principium peccatorum, aliorumque
actuum moralium. unde S. D. N. Bern. dicit: cesset propria
voluntas, et infernus non erit.

Ob. 1. omne principium actus voluntarii est subiectum peccati:
atqui omnis potentia externa est principium actus voluntarii v.g. furti,
homicidii, detractio linguae etc. R. dist. maj. omne principium
actus voluntarii eliciti est subiectum peccati conc. maj. omne principium
actus voluntarii imperati, est subiectum peccati, subdist. quoad materiale, quo
ad formale, nego. Ad sic dist. min. n. conseq.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_2/0445
gefördert durch Baden-Württemberg